

Ὁ γδοαία

QVÆSTIONUM POLITI-
CARUM,

Jova Juvante!

M. ANDREAS HARTSMANN Lipf.

RESPONSURO

NICOLAO SCHWECHTENIO, Schufensi
Marchico

*Publico Philosophorum Syne-
drio in Almâ Philo-
reâ ventilandam offert*

ANNO

REPARATÆ SALUTIS

M. DC. XXXVII Die XII Augusti

Literis RITZSCHIANIS.

~~Handwritten mark~~

~~Handwritten marks~~

ib . . . diss. A
S . . . 28

54. A 175 (28)

Sächs.
Landes-
Bibl.

UTRUM IMPERIUM NOSTRUM

I.

Romanum ad Germanos per Pontifices
translatum sit?



Nulla hic subit dubitatio; gloriam illam Pontificiorum mancam esse ac mutilam, quâ tantas arrogantia cristas erigunt, ut Roman. Imperium non solum Papæ Feudum; verum etiam donum ejusdem, omnibus locorum angulis proclamant dictitentque. Jure vero nescio quô: Singularem enim gratia Leonis III. ob satis ampla præstita beneficia Magnum veteris ævi Imperatorem, Carolū, dono illud accepisse credunt. (A.) sed credant; eorum tamen opiniones, quæcunq; sunt, scoria sunt, ac propterea eas ipsas silentii nube involuere nobis hic placeat; alias qui eas percunctari & examinare gestit, adeat C. Liebenthal. in Col. Pol. E. 7. quæst. 4. & Joh. Olearium in Exert. Pol. 52. quæst. 8. Ad nostras jam nos via deducit opiniones, quarum è diametro veritati adversantur adversantium jactationes. Ubi imprimis pollicem nobis premit illa Pontificibus, infungendo Electionis ac Coronationis Imperialis munere, potestas inconcessa. Nota est acerba illa, inter Imperatorem Fridericum Aenobarbum, & Adrianum IV. Papam, orta dissensio & altercatio, ubi

A.
Matth. Flacii
Illyricus de
translatione
Imp. Rom. ad
Germ. p. 15. &
seq.

Romani affirmare solebant. Imperium Urbis & Regnum Longobardarum ex liberalitate Pontificum Imperatores habere, atque ideo Lotharium Imperatorem pingebant Pontifices in Palatio Lateranensi Romæ, subscriptis versiculis hujusmodi:

*Rex venit ante fores jurans prius Urbis honores,
Post homo fit Papæ* sumit, quò dante, coronam.*

** Fit Papæ, b. e. fit Vasallus Papæ.*

Verùm ob hanc arrogantiam Imperator pius ita stomachatus est, ut picturam statim delere jussit. Cum verò hoc invitò Papâ peractum; ad Fundam scripsit hisce inter alia verbis: quod Imperator cogitare debeat, Papam insigne Imperialis coronæ Imperatori contulisse, nec pœnitentiâ se moveri, etiamsi majora beneficia Ipsi concessisset. Quibus Imperator incensus, literis Ipsi non solum declaravit, Papam potius de sectandis vestigiis Petri, de portanda cruce Domini debere cogitare quam de Regnis tradendis, adimendis, transferendisqve, (B.) verùm etiam apud Status Imperii de hâc injuria vehementer conqvestus est (C.), à quibus postmodum Constitutione Imperiali sancitum; Læsæ Majestatis reum illum esse, qui Imperium à Papa collocatum asseveraret. (D.) Imò propria confessione postmodum hæc corruit Papæ dominatio. Fridericus enim injuriam hanc se passurum negans, sed potius coronam simul cum vitâ posicurum asserens, cum magno exercitu in Italiam profectus est. Papa sibi metuens, Legatos ipsi obviam misit excusatione

B.

Stebenthal.

Ex. 7. qvæst. 4.

C.

Flacius. d. l. 6.

Seth. Calvisius

in Chronol.

circa annum.

P.C. 1157.

D.

Alb. de Rosas.

in l. bene à Ze-

none. 3. num. 16.

C. de qvadr. an-

nor. præscript.

tionem hanc instructos: Se, quæ de beneficio collato dixisset, beneficii nomen, non de Feudo accipere, sed de Benefacto, neque se hanc velle, ut ignominia sint Imperio, petere ergo reconciliationem. Quæ de causâ post-hac semper secundum Imperatoris præscriptum cæterorum Imperatorum institutæ fuerunt electiones, & ne latus unguis Papæ ipsiusque assensibus in coronam Imperatorum fuit concessus. Verè ergo & rectè ad vos, in ad Pontifices, o proceres Regni, pertinet creare Imperatorem, Otthonem dixisse, annales comprobant.

Si ergo Pontifici à primo mundi sæculo Imperatoris nomine ullum condecorare inconcessa vis fuit, Imperium Romanum multo minus ad Nos donando transferre potuit. Quod autem Imperii translatio Pontificibus interdum attribuatur, (F.) ea potius de Opinione & factis, quam de Jure & veritate intelligenda est: Nemo enim plus Juris ad alterum transferre potest, quam Ipse habuit. Ulp. in L. 54. ff. d. R. J.

E.
Ute à Luth. in
Præf. Apoc.
Germ.

UTRUM IMPERIUM NOSTRUM rectè dicatur Romanum?

II.

SI attentiori mentis indagine quæstionem introductam veniamur, ob sub tam nostrorum antagonistarum catervam perturbamur & scopulo velut adhaeremus, propter speciosa eorundem fundamenta, quibus sententiæ nostræ fulcra facili negotio destruere conantur: Nonne enim dicunt, Imperium à Romanis ad Germanos est translatum? nonne sedes Imperatoris

A 3

non

non Romæ ulterius, sed in alio Germaniæ angulo est collocata? nonne & Finis idem, quo non tam Romani, quam Germani gaudent? quibus accedit, quod Româ, tanquam capite, ablatâ & avulsis membris præcipuis, rei appellatio minus adhuc quoque integra esse queat: Tum imperatorum Electio haud à Romanis, sed Germanis habetur. Hæc autem veritati minimè nuncium remittunt. Contrarium potius nobis arridet, quod Imperatores ipsi se non Germanos, sed Imperatores Romanos appellitent. (A.) Cui appellationi etiam hostem ipsum calculū suum adjicere oportet: Nam aliquoties, si fidem habemus viri: Clar. Nic. Reisneri literis, (B.) à Turcarum Imperatore Solymano, Ferdinandus Romanorum Imperatoris titulo affectus est. Omne autem punctum gerit, quod legitimè titulus hic fuerit acquisitus. Divinà enim favente clementiâ à Carolo Magnô, belli jure partim, partim quoque Imperatorum Constantinopolitanorū indultu & approbatione in Germanos Imperii Romani administratio devoluta est. (C.) Ex quo postmodum usu receptum, ut in omnibus ferè Imperii Constitutionibus hæc verba expressa legamus:

A.
Arum. in Discur. 1. Jur. Pub

B.
Lib. 10. Ep. Turc.

C.
Schönb. 1. 52. Siebenth. E. 7. Quest. 6.

Das Heilige Römische Reich Teutscher Nation.
Ex his bene perspectis quilibet illa in contrarium allata, nisi cerebrum in calcaneis gerat, nullius plane esse ponderis, judicabit & dignoscet.

III.) AN NECESSARIA VIRO POLITICO Peregrinatio.

SI Magistratum Solem Reip. jure merito salutamus, cujus luce, sive virtute, civitas illustratur; Ne-

MO

mo sane virō politico peregrinorum oras occludere
 conabitur. Vera namq; vitæ lux est peregrinatio,
 est procreatrix morum honestissimorum, est concilia-
 trix virtutum præstantissimarum. Ipsa eruditionis ac
 sapientiæ acqvirendæ viam aperit, vitæq; disciplinam
 tradit. Ipsa animi mollitiem deponit, eamq; per di-
 versas itinerum molestias expugnat, morositatem
 exuit, humanitatem assumit, affabilitatem exercet.
 E contrario vero qui non secus in Patria, quam in
 conchâ testudo delitescunt, ac vix plures perambulant
 regiones, quam uno solari die *Limax* pererrat, vixq; ve
 ulterius à domo paternâ pedem ponunt, quam ab an-
 tro suo formica recedit, & ne à materno pabulo labra
 procul aberrent, perpetuò domi suæ, ceu globæ, affixi
 vivunt, nullas exterarum regiones petunt, nullas *Acade-*
mias alias atq; urbes frequentant; delicatuli plerum-
 que & molles evadunt. Quo vero longius à suo solo
 quis recedit, eo magis indurescit ad varias fortunæ vices
 & animus ipsius veræ prudentiæ cortice obducitur (A)
 Misera enim illa, quæ quis peregrinâdo suffert pruden-
 tiæ bona mater est: (B.) Si quid est ἐξ ὧν ἐπαθες, ἐμαθες, à
 quibus læsus, ab his doctus; & παθήματα, μαθήματα. no-
 cum èτα, documenta. (C.) Sapienter de hinc *Mithrida-*
tes de se, qui universam *Asiam* dissimulato habitu ali-
 quot annis perlustravit: Mihi, inquit, fortuna, multis
 rebus ereptis, usum dedit benè suadendi. (D.) Cujus rei
 gratia etiam divinus ille *Plato*, neminem nisi pere-
 grinando politicum evadere posse sentiens, peregrina-
 tionem suscipiendam severè monuit, ut exterorum

A. Schönb. l. 1.

Pol. c. 3.

B.

Lips. in Not. ad
c. 4. l. 3. Pol.

C.

Plato in Symp.

D.

Zöbingerus

Meth. apod. l.

2. c. 24.

mo.

moribus edocti illi, qui ad puppim Reip. sederent, patrias leges corrigere, correctas augere, auctas illustrare possent. Ut enim granum frugis causâ terræ committitur; ita nosmet etiam peregrinationi, tanquam agro illi, ex quo Reip. tot tantaq; fruges egerminant, committi fas est. Cautione autem hic opus, ne aliquando, ut Aestines, qui in Alexan. M. aula saltationes solummodo observavit, oscitantium more revertamur; qui quasi nudinas adeundo nihil sibi comparant, sed oculos solummodo pascunt ad spectu saxorum, lignorum, platearum, tectorum, muliercularum.

Paucis dabo: non cum nonnullis Angeli rustici proficiscamur in Italiam, urbani vero Diaboli reduces fiamus in patriam. (E) Sed si locorum diversorum naturale solum ac proprietatem consideraverimus, incolarum mores & ingenia observaverimus, Instituta, Leges, formasq; imperiorum ac civitatum notaverimus; principum aulas, amicos, disciplinas, munitiones, reditus exploraverimus; tum demum cum Ulysse $\tau\omicron\ \omega\omicron\lambda\upsilon\text{-}\tau\epsilon\gamma\pi\omicron\nu$, (F.) cum Jasone aureum Vellus (G.) in Patriam reportantes, Reip. mirum in modum commodaverimus, eamq; exornaverimus. Abeat itaq; & valeat infalsa illa & ad perniciem Reip. impulsâ cohors, quæ nobis hic, in arenam ut descendamus, arsam præbet: cuius primarium deliramentum est, quod peregrinationem tanquam morum legumq; corruptricem accuset. In medium sistit Lacones & Creteneses, (H.) qui tam ad se aditum omnem, quam omnem à se portum peregrinari cupientibus occludere ac prohibere jusserunt.

Verum

E.
Vern. in Orat.

F.
Hom. id. a.
 G.

Eurip. in Med.
& Nat. Com.
in mythol. l. 6.
cap. 8.

H.
Casus in Spha.
lib. 7. c. 6.

Verum enim verò nullius momenti horum res gesta,
est, quare missam faciemus.

ANISTE POLITICUS, QVI SIMULARE
& dissimulare studet.

IV.

HIC locum damus illi Stagiritæ monito: *πρὸς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν, δεῖ πρῶτον ἐξελεῖν τὰ ὀνόματα.* A Politici ergò vocabulo nostram quæstionē auspiciari convenit. Politicos modernus loqvendi usus dicit, horarum omnium amicos, qvi in civili conversatione gratiosi, moribus omnium accomodat; quorumq; animus & gressus ad tabulam compositus est, & qvi omnia scire & omnino nihil aut parum nescire, simulationis artificio volunt videri. Absit autem ut illiusmodi furfuris homines, quos vulgus Politicos adorat, nomine hóc augustissimò dignos censeamus, quum ex Vernulæi sententiâ, (qvi de hâc ipsorum delineatione didactrum ab istis Politicis expectet) Gnathones (A.) sint & Ardeliones, urbani scurræ, versuti & versipelles Polypi, qvi ut tempori serviant, ipsius ingenium induunt, & ut decipiant, non raro vultum mutant, ac pro summâ doctrinâ norunt, simulare & dissimulare, h. e. verba dare cautè, pugnare dolosè. Hinc inde effectum est hodiè, ut exosum pænè Politici nomen habeatur, nec satis vir bonus intelligatur, qvi adhuc gaudet ejuscemodi appellatione. Quare nihil nobis rei illiscū est, suo modo simulent, dissimulent; Nos verum sincerumqve Politicum amplectimur eum, in quo, ut iterum Vernulæi verbis utar, morum elegantia & comitas cum gravitate, & qvi alloqviiis officia provocat; itemq; qvi

A.
In Proæm. Inst.
Polit.

B

pecta-

pectoris prudentiam, consilii maturitatem, sermonis
facundiam habet, qui est vita bonus, fide sincerus, sem-
per constans, intrepidus, omnibus bene consulens & sa-
lutem populi supremam sibi legem proponens. Hunc
simulare & dissimulare posse, rectè affirmamus &
statamus summâ Principum quorundam auctoritate; sed
ut fraudes absint, nec illud in Religionis officio, nec
contra Publ. salutem fiat. Hinc quæritur quinto:

V. AN POLITICUS HONESTE POSSIT
committere mendacium.

^{4.}
Lib. 4. Etb.

Quamquam Philosophus (A.) mendacium pla-
ne omne pravum ac fugiendum scelus vociter, ipsius
tamen effatum cum grano, ut ajunt, salis accipere necessi-
tas loquentium suadet ac æquitas. Ipse enim vocem
mendacii sumit propriè; at populari usu & sensu, de
quavis veri occultatione intelligitur. Et hâc ratione di-
cunt, mendacium committi posse ideoque exempla al-
legant & laudant. In primis Papyrii Prætextati, qui
Romæ domum aliquando è curia cum Patre rever-
sus, interrogatus est à Matre, quidnam in Senatu fu-
isset conclusum. Hic, ne Senatus decreta, quod piacu-
lum erat, eliminaret & effutiret; ut duæ, respondit,
Uxores uni marito nubere possint. Quod ipsum
cùm inter matronas spargeretur, gregatim manè ad
Curiam advolarunt, multoque æquius esse, duobus unam
nubere clamarunt; Interea mendacium hoc Papyrii
apud Senatum percrebuit & tanquam justè peractum
comprobatum, Ipse verò in Senatorem constitutus
&

& electus fuit. Ac si Plato (B.) mendaciū suis Medicis, ^{B.}
tanquam juratis morborum hostibus, indulserit, ut æ- ^{Lib. 3. d. Rep.}
groantium animos, etiam in ipso mortis agone, ne a-
nimū abjicerent, consolarentur; quidni viro Politico
idem demus in Reip. sanitatem.

UTRUM DUX BELLIPRÆLIO IN- VI. teresse debeat.

Tutius, re adhuc integrâ, in negativam, ob magnâ
inter Ducum militumq; disparitatem, descendi-
mus. His enim allaborandum, illis consulendum, (A.) ^{A.}
& unius Ducis prosperitas ac vita, pro decem millibus ^{Tacit. l. 3. hist.}
militum reputatur reliquorum non ita magna censetur
jactura. (B.) Hinc ex Plutarchi mente (C.) exerci- ^{B.}
tus similis est corpori humano, ubi cum manibus con- ^{Idem l. 2. Reg. cap. 12.}
feruntur pedites, cum pedibus equites, acies ipsâ cū ^{C.}
pectore ac thorace, capite vero ipse Dux & Imperator. ^{In Apoph.}
Ut autem corruente capite etiam reliquum humani
corporis ædificiū corruit: ita & Duce seu Imperatore
pereunte, ipsius castra subditorumq; salus & prosperitas,
Pelopidæ ac Marcelli exemplo, pessum it. (D.) Quâ ^{D.}
de causâ, Reges Persarum nunquam aut rarò sese pu- ^{Plut. in vita Pel. & Marc.}
gnæ immiscuisse, Marcellus innuit: (E.) non vitam ^{E.}
fortassis tantoperè spectantes, quàm salutem simul sub- ^{lib. 9.}
ditorū ponderantes. Cum enim bellum adversæ for-
tunę comes sit, usu venit haud rarò, ut captivus abduca-
tur Princeps, & Regni facultates pro ejusdem redem-
tione emulgeantur, velut id ipsum in Gallia, aliisq; in
Regnis contrigisse literarum monumenta indicium fa-
ciunt,

F.
Lib. 10.

ciunt. Nolumus autem hic contradicentium opinionē,
Principem pugnae interesse valdè conducere, existi-
mantium sicco transilire pede, Curtium (F.) corypha-
um veluti nobis proponunt, qui, certante Duce, milites
vehementius in praelia ruere, asserit. Exemplo fortassis
Hectoris persuasus, cujus adventu milites terga ver-
tentes, ad praelia contra Græcos denuo suscipienda, ve-
hementiq; incensi & hostium sanguine purpurati, in ca-
stra cum victoriâ reversi fuere. Verum cum, ut dixi,

G.
Plut. in Amph.

hoc major importet malum, ideo assentiendi cupido nō
est. Minimè autem absente prorsus Principe citius,
quod factum non est opus fieri, quam quod factum opus,
(G.) multumq; ab Ipsius præsentiâ salutis exercitui pro-
germinare, hic imus inficias. Bello enim praeliisque
Ducem præesse decet; ast ita, ut in præsidiis saltem lo-
cisq; vicinis versetur, quo subsidia exercitui mittere, o-
mniaq; curare & quæ bello gerendo sunt necessaria, ad-
ministrare possit. (H.) Interesse vero praeliis & gladio

H.
Lipf. l. 5. Civ.
doct. c. 14. Ca-
stel. l. 2. d. Of.
Reg. c. 75.

I.
Keck. l. 1. Syst.
Pol. c. 70. p.
452. & c. 31.
p. 492.

K.
Tac. l. 4. hist.
Vern. Inst. Pol.
l. 4. c. 7.

pro salute civiū certare consultum non est. (I.) Aliud au-
tem obtinet, si Status Imperii aut salus Provinciarum in
discrimine versetur, totus exercitus periclitetur, imo
ipse res suas in periculum venire animadvertat; tunc
namq; manum cum hoste ipsum conferere, & nullum
constantis Ducis aut fortissimi militis officium omitte-
re, fas est & salutare. (K.)

AN HOSTI FUGIENTI VIA SIT intercludenda.

VII.

EXtra omnem dubitationis jactum negativè hîc sub-
scribimus, moti Scipionis Africani sententiâ, qui
fugienti hosti viam muniendâ, pontemq; argenteū stru-
endum esse pronunciavit. Causam hujus haud habem q

in abdito; hostes enim ad certamina adigere summum est periculū, cum necessitas stimulus ille sit, qui hostē ad prælia incitet; ultimum & maximum telum ipsa est, quæ etiam ignaviam acuit, ut ad desperationem, tanquā ad asylum, deniq; confugiat, & cruenta edat certamina.

(A.) Copiosam hic exemplorum messem in agro historico meterelicet: cum primis autem illud, inter Scipionem & Mandonium commissum, prælium, pulchrum hic offert documentū (B.) Nam etsi Romani victores tum evaserint, ex Romanis tamen, sociisque auxiliariis, mille ducenti circiter milites, amplius tribus millibus vulneratis, periēre, ubi minus acerba victoria extitisset, si patientiore campo, ad fugā capeffendam accommodatiore, fuisset pugnatū. (C.) Macedones quoque hoc ipsum insuper habentes, Romanos ad mare fugientes, aliquando persecuti adeo fuere, ut Romani, dedecore ac necessitudinis telo quasi coacti, dum resisterent, Macedonū fere ducentos occiderint, paremque numerum ceperint. (D.) Et hujus cladis nulla alia causa fuit quā ultimū præfidiū, scilicet necessitas; quæ, cum se recipere tutò ad naves prohiberentur, animos Romanorum, tum desperatione de salute, tum indignatione, irritavit & ad dimicandū ferventiores fecit. Fugientibus itaque hostibus viā intercludere non è re est; siquidem extrema illa, Necessitas aut Desperatio, quum nulli effugio rima patet, hostes rabidos, ac, ne mortem quidem timentes, victores tandem efficit. Raro namque vincuntur, qui ad pugnandum extremā necessitudine coguntur; sed plerumque ipsi vincunt aut clade vincuntur magnā (E.)

A.
Vern. Inst. Pol.
l. 4. c. 8.

B.
Livius.

C.
Tacit. l. 19.

D.
Livius l. 9.

E.
Vernul. d. l.

B 3

AN-

mulcere aut vellere absq; venia licitum?

R Ectè magnus ille secretioris Philosophiæ Professor,
Galenus, statuit; barbam hominibus singularem
 comparare auctoritatem, & ornamentum iisdem esse
 haut ultimum. Hinc Theocritus in eam opinionem
 incidit, ut γένειον σεμνόν, barbam venerabilem procla-
 mare nullus erubuerit, Quæ ipsa appellitatio, cum sano
 hominū iudicio & recto rectæ rationis dictamine, con-
 venire videtur. Etenim veterū historiarum perscrutari
 si libet penuaria, multa ibi dignitatis condimenta de-
 venerandâ barbâ excerpanda nobis veniunt. Pro me-
 liori intellectu excerpam paucula. Annon ædes ac
 templa cana & sana antiquitas fortunatæ barbæ dica-
 vit, consecravit? Annon supplex ibi vota tulit, quo
 barba pueris ætatis progressu concederetur pulcherri-
 ma? Quid? totam honoris speciem, totum salutis vi-
 gorem, totam Famæ incolumitatem in barbæ emolu-
 mentum gens olim posuit. Huc facit illud, quòd olim
 Romæ Juvenes, cum primūm barbam deponerent,
 numini dicarint, exhilararintq; diem sacris & cōviviis;
 Quo Juvenalem etiā alluisse arbitramur canentem
Ille metit barbam, crinem hic deponit amati.

Ideoq; ut ex Tranquillo discimus, Nero barbam
 primam conditā in aureâ pyxide & pretiosissimis mar-
 garitis adornatâ Jovi Capitolino consecravit. Deinde
 non levem barbæ existimationis characterem habe-
 mus, quod scilicet ea ipsa temporibus priscis, in signe
 boni

boni viri credita fuerit; ubi merito hic Phociónem,
tanquam testem compello, qui assentatoris cujusdam
barbam, demulcendi gratiâ apprehendens: Quàm de-
cuerat te, inquit, hanc barbam, indumentum boni viri
insigne, priusquàm mentireris, deposuisse! Unde, si quis
prisco seculò flagitiosè vixisset, quo ab infamiæ me-
tu liberaretur, deprecationis loco barbam attigiſſe,
veteres docent paginae. Euripidis testimonium hîc
volo ex Hecuba:

ὦ φίλον γένειον, αἰδῆς θηλίμει
ô amica barba, honora me.

Cui & Plinius assentiri videtur, qui in hæc verba erum-
pit: Antiquis Græciæ in supplicando mentum attin-
gere, morem fuisse. Et utinam Laconicus ille senex
è cymba dimitteretur, audiretis certe aureum ipsius re-
sponsum. Hic enim interrogatus, cur barbam gesta-
ret promissam? ut, responſitabat, intuens canos pilos,
nihil committam illis indignum. Sed ad auctoritatem
barbæ, & venerationem etiam accedit, sanum Lactan-
tii iudicium; Barbæ ratio, inquit, incredibile est quan-
tum conferat ad dignoscendam corporis maturitatem
& ad differentiam sexû, vel ad decorem virilitatis ac ro-
boris, ut videatur omninò non constitura fuisse totius
corporis ratio, si quicquam aliter esset effectum. Hic &
locum habet illud Nicandri Lacedæmonii, qui,
quodam percunctante, cur comam barbamq; nutrent
Spartiatæ, inquit, omniû pulcerrimò ac minimè sum-
ptuosus viro suus cuiq; ornatus est. Hâc ergo de cau-
sâ πολυθρύλλητον hoc in scenam productum autumo:
Bar-

Barba facit Virum. Hinc Papyrius Marius hęc opinione fretus, tantam injuriam esse interpretatus est, dum barbam ejus attrectaret miles quidem Gallus, ut illi, velut fidentis animi homini, Scipione eburneo caput percussisset. Taceo, quod temeraria & audaci barbæ attrectatione metuendum venit periculum, ne cum legatis illis Davidis, imberbis nonnullus abire cogatur; facile namq; per tactum illum illicitum barba evelli potest. Quæ verò hęc & qualis contumelia sit, in agro Theologico Regem Hebræorum informatorem habemus. Atqui contumelias nec facere, nec pati decet. Huc spectant verba Causaboni; Faci hominis est, ac Babæ alicujus vel abjectissimi certè, barbam suam præbere vellendam, quasi hominibus petulantibus ludibrium debeas, aut eorum petulantem lasciviam non possis effugere. Familiare erat Græcis ac Latinis, ut, quibus illudere volebant, barbam illis vellent. In primis Stoicis & Cynicis, cum in publico conspiciebantur, quia indolentiam & vacuitatem affectuum profitebantur. Auctor Dio Chrysostr. in eadem Schemâ Philosophi. Sic olim Socrates per Athenas ingrediens solitus, ὡς γὰρ Ἰλλεθεαι, ut ait Laërtius. Inde proverbium de omni contemptu, τὸν πᾶν ὄντα γίλασθαι, vel ut Julianus loquitur: ὑβρίζειν ἐῖς τὰς ἐπὶ τοῦ γενεῖου χεῖρας

F I N I S.

Coll. Diss. A 135, Misc 28